



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1663. usque ad annum 1674

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1780**

**VD18 90119193**

§. 21. Serinius & Francipanius Neostadii capite plexi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67332](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67332)

Sæc. XVII. insumpsit, & Archimedem Christum  
A. C. 1670. num, quem librum P. Hilarius a S. Anselmo  
Carmelita Excalceatus de mortis memoria Viennæ ediderat, sibi undique postulavit. Tandem die trigesima eiusdem Mensis ad ferale pegma deductus inter ardentissimos erga Deum affectus oculis per Ephebum obligatis fortiter ictum excepit, cujus caput & cadaver sarcaphago impositum ad PP. Augustinianos extra urbem vespere deductione inde Sarwariam transportatum est.

## §. XXI.

*Serinius & Francipanius Neostadii capite plexi.*

*Labsansky*  
*Syn. jud.*  
*Posn. p. 10.*  
*Tuld. t. 3.*  
*pag. 17.*

Advenerant Neostadium die vigilia septima Aprilis duo a Cæsare Deputati, qui mortis sententiae in Serinium & Francipanium exequendas tererent. Forti animo, immotu vultu Serinius funestam mortis demissionem excepit, veniamque a Deo & Cæsare exorans, se ad nefariorum inductum fuisse fatebatur, demum posita rerum humanarum cura totale ad expiandas vitæ noxas convertit. Francipanius vero tristi nuntio exortus, culpamque excusare nifus, nimis arcto, ut se rite ad æternitatem

iter compararet, termino querebatur, Sæc. XVII.  
contentissime rogans, ut Cæsar is cle- A.C. 1670.  
mentiam supplicibus literis tentare,  
sibi liceret, quo concesso hanc ad eun-  
dem dedit epistolam:

„Præ horrore tremendæ mortis sen-  
„tentiae vix calatum regere possum:  
„desunt mihi vires Clementissime Im-  
„perator pro debito submissum con-  
„ceptum formandi ad eliciendam scin-  
„tillam unam Augustissimæ Clementiæ  
„& pietatis Christianæ: unde humil-  
„lime rogo, hanc spiritu lanquido com-  
„pactam supplicationem connaturali  
„sua benignitate perlegerem Clementi-  
„sime dignetur. En genuflexus pro-  
„cido ante August. thronum Majest.  
„Vest. sacratissimæ, & lacrimis de-  
„fluentibus ac incessantibus singultibus  
„rogo per quinque vulnera Christi, per  
„merita Virginis Deiparæ, omnium  
„que sanctorum, dignetur Maj. Vestra  
„sacratissima parcere unico juventutis  
„meæ delicto, & immaturi judicii trans-  
„gressioni. Respiciat Clementissime Im-  
„perator suo gratiosissimo oculo flori-  
„dam ætatem meam, quam intempe-  
„stive perdere debo. Ponderet Cle-  
„mentissime Imperator me miserandum  
„unicum familiæ superstitem exstare,  
„quæ ab enumerabilibus annis Augu-  
„stissimæ suæ domui totique Christia-  
„nitati

Sæc. XVII., nitati incontaminata fidelitate ac  
 A. C. 1670., votione semper inservivit, & in qua  
 tum merita majorum non sufficiunt,  
 nec mea personalia (Deum testor)  
 fidelissime præstata servitia Majestatis  
 Vestræ sacratissimæ, respiciat incom-  
 parabilis ac ubique terrarum depre-  
 dicata Clementia & Misericordia Mi-  
 stræ, & me jam mortuum ad  
 tam restituere gratiosissime concedit;  
 non abhorreo mortem in exequiis  
 mandato Majestatis Vestræ sacratissimæ  
 & contestanda immutabili devo-  
 tione mea erga meum Clementissi-  
 mum Dominum: semper enim pa-  
 tus essem ad minimum Majestatis  
 stræ nutum ultimam sanguinis mei  
 guttam profundere. Sed Clementissi-  
 sime Imperator, contremisco in ha-  
 contemplatione ignominiosissimi tra-  
 situs ex hac vita per manus sican-  
 Eheu me miserum & infelicem,  
 nam nunquam natus, vel jam acri-  
 e vivis deletus fuisset, Clementissi-  
 me Imperator, Carolus ille Mag-  
 in comparationem suæ immensæ  
 nitatis & Misericordiæ exclamare  
 lebat, vellem & mortuos ad vita-  
 revocare, non minor in Majest. Vestræ  
 sacratissima cognita & comperta fer-  
 per suis Clementia. Nunc Clementissi-  
 Imperator exerceat gloriosissimam mei  
 "gredi

„gnanitatem suam in resuscitando me Sæc. XVII.  
 „miserrime perituro. Agnoscam vi- A.C. 1670.  
 „tam & esse meum, sacrosancte spon-  
 „deo, totaliter debitam (post Deum)  
 „nisi ericordiae Majestatis Vestræ, nec  
 „impostorum mihi, sed Majestati vi-  
 „vam devotissime. Gratia, pietas! Mi-  
 „sericordia! Clementissime Imperator,  
 „hac solum vice! per sanctissimam Tri-  
 „nitatem obtestor, transeat calix iste  
 „a me: impossibile enim est Clemen-  
 „tissime Imperator, ut spatio aliquot  
 „horarum viribus & spiritu derelictus  
 „animæ saluti providere valeam ad suffi-  
 „cientiam, Clementissime Imperator  
 „fusciat flebiles deprecationes meas,  
 „& gratiam vitæ in qualemque a-  
 „liam pœnam pro libitu Benignissimo  
 „commutare dignetur. Vellem Cle-  
 „mentissime Imperator plura prescri-  
 „bere, & misericordiam implorare, ast  
 „præ lassitudine miser nequeo, finio,  
 „ac vitam & finem vitæ meæ, Maje-  
 „statis Vestræ sacratissimæ Clementiæ  
 „& pietati submitto, & committo cu-  
 „piens vivere & mori.

*Majest. Vestræ Sacratissimæ*

*Humillimus Servus, & fide-  
 lissimus subditus, umbra  
 mortis.*

*Franciscus Frangepanius.*

P.S.



Sæc. XVII. „P. S. Die mortis hora sexta nocti  
 A. C. 1670. „in potestatem judicii civitatis h.  
 „~~████████~~ die consignatus, & pro die jovis pro-  
 „ximo ad mortem migraturus, n.  
 „Deus & gratia Majestatis Vestre i.  
 „cratissimæ his superresiduis horis m.  
 „redemerit.

*Neostadii die vigesima octava Aprilis  
 hora undecima noctis, anno mil-  
 simi sexcentesimi septuagesimi præ-*

Pridie mortis Serinio & Francip-  
 nio data est mutuo sese salutandi po-  
 testas, ubi ambo præsente Capucino,  
 in genua provoluti veniam vicissim pe-  
 tebant, & quidem Serinius se tante  
 calamitatis auctorem Francipanio inter-  
 lachrimas profitebatur: tandem ver-  
 arctissimo ab amplexu divulsi, sibi fal-  
 tem dixere, seque invicem ad mortem  
 generose subeundam hortati sunt, ut  
 que etiam ad afflictissimas uxores sus-  
 literas dederunt miseratione plena.  
 Die ergo trigesima Aprilis supplicio  
 destinata circa horam nonam ambo per  
 ma in interiore armamentarii atrio  
 rectum ascendunt, & prior Serinius  
 seipsum chlamyde exuit, sibique oce-  
 los per Ephebos velari jubet, denun-  
 ciat, sed infeliciter excipit, cum en-  
 Vir robustus & obesus esset, nonni-  
 iterat.

iterato ictu caput a trunco abscissum Sæc. XVII.  
 est. Postea Francipanius Christi Cruci A. C. 1670.  
 affixi imaginem manibus tenens, ac  
 latino sermone circumstantes allocutus,  
 annulum e digito detrahit, eumque  
 Crucifixo imponens ait, *tuus hic es, o  
 Jesu annulus, accipe hoc donum, quod  
 adiuc meum es, pro hoc redde mihi ceter-  
 nam gloriam.* His dictis, ut munus  
 suum exequatur, jubet carnificem, qui  
 tamen primo ictu in dexterum hume-  
 rum impegit, ita, ut quidem collapsus  
 Comes in terram corrueret, caput ta-  
 men extollens assurgere niteretur, iterum  
 iterumque Jesu nomen inclamans, do-  
 nec tandem iterato ictu caput abscis-  
 sum in terram caderet: Vespere utrius-  
 que cadavera in eandem foveam, in  
 quam, quia cæcus cæcum duxit, uter-  
 que cecidit, immersa, in cæmeterio  
*Ecclesiæ Cathedralis recondita fuere.*

### §. XXII.

*Tattenbachius Comes Græcii eodem  
 suppicio sublatus.*

Postea die prima Decembribus Græcii  
 Tattenbachius Comes pari suppli-  
 cio sublatus est, non tamen pari forti-  
 tudine; quippe percepta mortis senten-  
 tia in rudem vociferationem, incondi-  
 tosque ululatus ac gestus erumpens,  
 men-